

scdm illud. Capite nobis vulpes que demoliantur vineas. **In eternum.** Idem david tu aut dñe in eternu p. 2 alibi. tu aut idē ipse es. Perma nebis. Non est temporalis mansio nec localis. nec aliud q̄ ipse. sed ipsa vna 7 individua 7 pmanens essentia quasi quāuis filius se exinanierit for. s. ac. manet tam in eternu.

Solum tuu. zc. Sedes tu a. d. i. s. f. 7 alibi. Regnu. t. reg. o. se. dñi solum audis intellige iudicem: 7 tim e. quasi tēu time. 7 mādata. e. o. 7 si secū dum boiem iudicatur regnū tñ eius est in eter num.

Quare imperpetuum. Post omi modas lamentationis species ad eum solū p̄ces conuertit qui solus potest cōsolari.

Quare impetunz. Hoc nobis assidue ex orandum. ne obliuiscatur nostri. ne derelinq̄t n. impetunz qd̄ bñ vobis oramus. sed melius rebz exorāz. **Si** mus ergo memores eoz ne obliuiscatur nostri. qz non obliuiscatur. misericors. nisi nos obliuiscamur. 7 si obliuiscamur. ipse grām inspirat. obliuionem fugat. vñ remittitur 7 p̄ter. ad. d. vñ. si. terzē.

Obliuisceris. Cu i simile est illud. vsquequo dñe obli. m. i. f. non qz obliuiscat. m. d. sed cū differt auxiliari videt oblit. vt sic accedat desiderium. 7 dulcius sit solaciū. 7 ipse interim rideat de penis innocētū. Sicut si gulus vasa sua probat vt vasa in honore faciat qz vasa si. p. somax

Conuertere. Conuertēdo. quia conuersio repationis iniciū est diez. in nouatio eternitatis pceptio.

Conuerte nos. d. Auersiones nostrę multę sunt. vnde alibi. **Conuer**tenos d. s. n. conuerte p gratiā 7 conuertemur quantū est in nobis arbitrio libertatis. vñ gratia dei sum id. q. sum. 7 gratia. e. i. m. u. a. n. f. Gratia enim vocātis precedit. 7 excitat libertatē volūtatis. **Nostrū** est qz decidim? dei qz resurgimus. **Doies** enī caro sunt. spūs. va. 7 n. re. nō est enī volētis ne qz car. sed miserētis dei. **Notandū** tñ qz gratia dei nō puertimur. nisi 7 nostra volūtate puertamur. est aut quoddā velamē nostrę infirmitatis sensibus nostris obiectū. qd̄ nisi illuminatione dei fuerit remotū. puerti nō valemus. libertas ergo p gratiā reddit. **Semp** ergo nobis orandū est. conuertenos domine.

In noua zc. Ad hoc principium renouamur cū conuertimur cū ad illud puertimur in noua bimur. **Inueterati** enim 7 corrupti sumus. 7 dies eternitatis pdidimus quos p conuersionē recipimus. vnde alibi. conuerte me domine. 7 conuertar ad te.

Iratus es zc. Prima repulsiō est qua temptatoz tradimur. **Secū** da cū tēptati succūbimus ad tēptandū sine ira dei repellimur. de qua dicitur. nō repulit deus plebē suam quam p̄sciuit. qñ aut vincimur et postea nō penitēmus irascitur deus vehemēter. vñ quis. nouit potestātē ire. t. zc. **Aliqñ** enī irascit vt pater qñ verbis increpat delinquētem 7 facit penitentem. Irascitur aut vt dñs qñ corripit vt durus. 7 statim vlciscitur. vñ moyses. **De irascatur** furor tuus cōtra pplm tuū. **Vt** iudex irascetur cū dicit. **Ite male.** zc. cum iam nec penitētie nec veniē locis erit.

Siliberus. Sufficiant hec ad expositionē lamētationuz hieremi e que de patrā fontibz hauri ego galibertus antiochodolis ecclē dyacon?.

in generatione et generationem.

scdm imperpetuu irascet. neq. ic. p. non scdm peccata. no. fa. no.

Quare imperpetuu obliuisceris nostri: derelinques nos in longi

passionibus subiaceret. f. sed. f. iudice hu

tudinem dieru: Conuerte nos do

mine ad te 7 conuertemur: innoua

scdm vnde egressus eius sicut a principio.

dies nostros sicut a principio. Sz

scdm a te qui vbis es. f. quasi pollutos. f. peccatis nostris f. ve pater. non irascaris vt iudex

proiciens repulisti nos: Iratus

conuertis tibi.

es contra nos vehementer.

Incipit p̄fatio in libz Baruch prophete.

Hber iste qui baruc noie p̄notatur in hebzgo canone non habet. sed tñ in vulgata editione: similie 7 epla hieremie. **Propter** noticiā aut legentiū hic scripta sunt: qz multa de christo nouissimisqz temporibus indicāt.

Incipit Baruch propheta.

Hec uerba libri que scripsit baruch filius nerie filij maasie filij sedechie filij se dei filij belchie. i. babilonia in anno quinto 7 in septia die mensis: in tempe quo ceperūt chaldei hierusalē 7 succenderūt eam igni. **Et** legit baruch uerba libri huius ad aures iechonie filij ioachi regis iuda. 7 ad aures vniversi populi uenientis ad libru. 7 ad aures potentium filiozū regū 7 ad aures p̄sbiterozū 7 ad aures populi a mimo vsqz ad maximū eozū: oim habitantiū in babilonia ad flumen sodi. **Qui** audiētes plozabāt 7 ieiunabāt et orabāt in conspectu dñi. **Et** collegerūt pecuniā scdm qz potuit vnus cuiusqz manus. **Et** miserūt in hierusalē ad ioachim filium belchie filij salon sacerdotem: 7 ad reliquos sacerdotes 7 ad omnē populū qui inuēti sunt cū eo in hierusalē cū acciperēt vasa templi dñi q̄ ablata fuerāt de templo reuocare in terzā iuda. decima die mensis siban. vasa argētea q̄ fecit sedechias filius iosie rex iuda postea qz cepisset nabuchodonosor rex babilonis iechoniā et p̄cipēs 7 cūctos potētes 7 populuz terre ad hierusalē 7 duxit eos vinctos in babilonē. **Et** dixerūt. **Ecce** misimus ad vos pecunias de quibz emite holocaustomata 7 thubz et facite māna. 7 offerre pro peccato ad aram dñi dei nostri. **Et** orate pro vira nabuchodonosor regis babilonis. 7 pro vira balthasar filij eius vt sint dies eozū sicut dies celi super terzā. 7 vt det dñs virtutē nobis. 7 illuminet oculos nostros: vt viuamus sub vmbza nabuchodonosor regis babilonis 7 sub vmbza balthasar filij eius. 7 seruamus eis multis diebus 7 inueniamus gratiā in conspectu eozū. **Et** p nobis ipsis orate ad dominū deū nostrū: qz peccauimus domio deo nostro. 7 nō ē auerius furor eius a nobis vsqz in hūc diem. **Et** legite librum istū quem misimus ad uos recitari. in templo domini in die sollēni. et in die opportuno. **Et** dicitis: **Domino** deo nostro iusticia: nobis autēz confusio faciei nostrę sicut est dies hęc omni iuda et habitantibus in hierusalē regibus nostris 7 p̄ncipibus nostris 7 sacerdotibus nostris 7 prophetis nostris 7 patribus. **Peccauimus** añ dominū deum nostrū. 7 nō credidimus diffidentes in eum. 7 non fuimus subiectibiles illi: 7 nō audiuimus vocem domini dei nostri vt ambularemus in mandatis eius que dedit nobis **Ad** die qua eduxit p̄s nostros d̄ terzā egipti

vsq; ad diem hanc eramus incredibiles ad dominum deum nostrum. et dissipati recessimus ne audiremus vocem ipsius. Et adhaeruit nobis multa mala et maledictiones quae constituit dominus moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de terra egypti dare nobis terram fluentem lac et mel: sicut hodierna die. Et non audiuius vocem domini dei nostri secundum omnia verba prophetarum quos misit ad nos et ad iudices nostros. et abiimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni operum diuersi alienis: facientes mala ante oculos domini dei nostri.

C. C.

.II.

Propter quod statuit dominus deus noster verbum suum quod locutus est ad nos et ad iudices nostros qui iudicauerunt in hierusalem. et ad reges nostros et ad principes nostros et ad omnem israel et iuda: ut adduceret dominus super nos mala magna quae non sunt facta sub caelo quemadmodum facta sunt in hierusalem secundum quae scripta sunt in lege moysi ut manducaret homo carnes filii sui et carnes filiae suae. Et dedit eos sub manu regum omnium qui sunt in circuitu nostro in improperium et in desolationem. et in omnibus populis in quibus nos dispersit dominus. Et facti sumus subrus et non supra. quia peccauimus domino deo nostro. non obaudiendo voci ipsius. Domine deo nostro iusticia: nobis autem et patribus nostris confusio faciei. sicut est dies haec. Quia locutus est dominus super nos omnia mala haec quae uenerunt super nos et non sumus deprecati faciem domini dei nostri: ut reuerteremur unusquisque nostrum a uis nostris pessimis. Et uigilauit dominus in malum et adduxit ea super nos: quia iustus est dominus in omnibus operibus suis quae mandauit nobis. et non audiuius uoces ipsius ut iremus in preceptis domini quae dedit ante faciem nostram. Et nunc domine deus israel qui eduxisti populum tuum de terra egypti in manu ualida et in signis et in prodigijs et in uirtute tua magna et in brachio excelso et fecisti tibi nomen sicut est dies iste: peccauimus. impie gessimus iniquum egimus domine deus noster in omnibus iusticijs tuis. Auertatur ira tua a nobis: quia derelicti sumus pauci in gentes ubi dispersisti nos. Exaudi domine preces nostras et orationes nostras. et educa nos propter te. et da nobis inuenire gratias ante faciem eorum qui nos abduxerunt: ut scias omnis terra quia tu es dominus deus noster: et quia nomen tuum inuocatum est super israel et super gentes ipsius. Respice domine de domo sancta tua in nos et inclina aurem tuam et exaudi nos. Aperi oculos tuos et uide: quia non mortui qui sunt in inferno quorum spiritus acceptus est a uisceribus suis. dabunt honorem et iustificacionem domino. sed anima quae tristis est super magnitudinem mali. et incedit curua et in infimis. et oculi deficientes. et anima esuriens dat tibi gloriam et iusticiam domino: quia non secundum iusticias

patrum nostrorum nos fundimus preces et petimus misericordiam ante conspectum tuum domine deus noster: sed quia misisti iram tuam et furorem tuum super nos: sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum dicens. Sic dicit dominus: Inclinate humerum uestrum et ceruicem uestram. et operamur regi babilonis. et sedebitis in terra quam dedi patribus uestris. Quia si non feceritis nec audieritis uocem domini dei uestri operari regi babilonis. defectionem uestram faciam de ciuitatibus iuda et a foris hierusalem et auferam a uobis uocem iocunditatis et uocem gaudij et uocem sponsi et uocem sponse. et erit omnis terra sine uestigio ab inhabitantibus eam. Et non audierunt uocem tuam ut operarentur regi babilonis: et statuerunt uerba tua quae locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum ut transferent ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo. Et ecce sunt proiecta in calore solis et in gelu noctis et mortui sunt in doloribus pessimis. in fame et in gladio et emissionem. Et posuisti templum in quo inuocatum est nomen tuum in ipso sicut haec dies propter iniquitatem domus israel et domus iuda. Et fecisti nobis domine deus noster secundum omnem bonitatem tuam et secundum omnem misericordiam tuam illam magnam sicut locutus es in manu pueri tui moysi. in die qua precepisti ei scribere legem tuam coram filiis israel dicens: Si non audieritis uoces meam: multitudo haec magna conuertetur in minimam gentem. quoniam eos dispergam: quia scio quod me non audiet populus. Populus est enim dura ceruice. Et conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suae. et scient quia ego sum dominus deus eorum. Et dabo eis cor et intelliget et aures et audient. Et laudabunt me in terra captiuitatis suae et memores erunt nominis mei. Et auertent se a dorso suo duro. et a malignitatibus suis: quia reminiscetur uias patrum suorum qui peccauerunt in me. Et reuocabo illos in terram quam iuravi patribus eorum abraham ysaac et iacob. et dominabuntur eius. Et multiplicabo eos. et non minorabuntur. Et statui am illis testamentum alterum sempiternum ut sim illis in deum. et ipsi erunt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum filios israel a terra quam dedi eis.

C. C.

.III.

Et nunc domine omnipotens deus israel: anima in angustijs et spiritus anxius clamat ad te. Audi domine et miserere quia deus es misericors. et miserere nostri quia peccauimus ante te. Quia tu sedes in sempiternum. et nos peribimus in eum. Domine omnipotens deus israel audi nunc orationem mortuorum israel et filiorum ipsorum qui peccauerunt ante te et non audierunt uocem domini dei sui. et agglutinata sunt nobis mala. Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorum: sed memento manus tue et nominis tui in tempore isto: quia tu es dominus deus noster. et laudabimus te domine

quia propter hoc dedisti timorē tuum in cor
dibus nostris. et vt inuocemus nomē tuum
et laudemus te in captiuitate nostra: quia cō
uertimur ab iniquitate patrū nostrorū q̄ pec
cauerūt ante te. Et ecce nos in captiuitate no
stra sumus: hodie quo nos dispisti in impo
perium et in maledictum et in peccatum scdm
omnes iniquitates patrū nostrorum qui dis
cesserunt a te domine deus noster. Audi is
rael mandata vitę: auribus percipe vt scias
prudentiam. Quid est israel q̄ in terra inimi
corū es? Inuenerasti in terra aliena: coinqui
natus es cū mortuis. Deputatus es cū des
cendentibus in infernū. dereliquisti fontem
sapientię. Nam si in via dei ambulasses: ha
bitasses vtq; in pace super terras. Disce vbi
sit prudentia. vbi sit virtus vbi sit intellectus
vt scias simul vbi sit longiturnitas vitę et vi
ctus. vbi sit lumen oculorū et par. Quis in
uenit locum eius? Et quis intravit in thesau
ros eius? Ubi sunt principes gentiū et qui
dominantur super bestias que sunt sup ter
ram? Qui in auius cęli ludunt: qui argētū
thesaurizant et aurū in quo confidunt homi
nes. et non est finis acquisitionis eorū. Qui
argentum fabricant et solliciti sunt: nec est in
uentio operū illorū. Extermiati sunt et ad in
feros descenderūt. et alij loco eorum exurrex
erunt. Iuuenes viderunt lumen et habitau
erunt super terram. Uiam autē disciplinę ig
norauerunt: neq; intellexerunt semitas eius
neq; filij eorū susceperūt eam. A facie ipsoꝝ
longe facta est. Non est audita in terra cha
naan neq; uisa est in theman. Filij quoq; agar
qui exquisierunt prudentiam que de terra ē
negociatores terre et theman. et fabricatores
et exquisitores prudentię et intelligentię: viā
autem sapientię nescierunt neq; commemo
rati sunt semitas eius. O israel q̄ magna est
domus dei. et ingens locus possessionis ei?
Magnus et non habens finem: excelsus et
imensus. Ibi fuerunt gigantes nominati
illi qui ab initio fuerunt statura magna sciē
tes bellum. Non hos elegit dominus: neq;
viam disciplinę inuenerunt. propterea perie
rūt. Et quoniam nō habuerunt sapiētiam in
terierunt propter suam insipientiam. Quis as
cendit in cęlum et accepit eam. et eduxit eā de
nubibus? Quis transfretauit mare et inueit
illam. et attulit illam super aurum electum?
Non est qui possit scire vias eius: neq; qui
exquirat semitas eius. Sed qui scit vniuer
sa nouit eam. et inuenit eam prudentia sua.
Qui preparauit terram in eterno tempore. et
repleuit eam bipedibus et quadrupedibus.
Qui emittit lumē et uadit. et uocauit illū. et ob
edit illi in tremore. Stelle autē dederūt lumē
in custodijs suis. et letate sunt. Uocare sunt.
et dixerunt. Adsumus. Et iurerunt ei cum io
cunditate: qui fecit illas. Sic est deus noster
et nō estimabitur alius aduersus eum. Sic
adiuuauit omnem uias disciplinę. et tradidit
illam iacob puero suo. et israel dilecto suo.

Post hec in teris visus est. et cū hominibus
conuersatus est.

Ca. III.
Hic liber mandatorū
dei. et lex que est in eternis. Omnes
qui tenent eam. perueniēt ad vitam
qui autē dereliquerūt eam. in mortem. Con
uertere iacob et apprehende eā. ambula per
viam ad splendorem eius contra lumen ei?
Ne tradas alteri gloriā tuā et dignitatē tu
am genti alienę. Beati sumus israel: quia q̄
deo placent. manifesta sunt nobis. Animeq;
or esto populus dei memorabilis israel. Ne
nundati estis gentibus nō in perditione. s; pro
pter quod in ira dei ad iracūdiam prouo
catis dominus. traditiq; estis aduersarijs.
Exacerbatis enim eū qui fecit vos deū eter
num: immolātes demonijs et nō deo. Obliti
enim estis eum qui nutriuit vos. et contrista
stis nutricem vestrā hierusalem. Vidit enim
iracūdiam a deo venientem vobis et dixit:
Audite confines syon. Adduxit enī mihi de
us luctum magnum. Uidi enī captiuitatem
populi mei filioꝝ meorum et filiarū: quā su
perduxit illis eternus. Nutriui enī illos cū
iocūditate. dimisi autem illos cum fletu et lu
ctu. Nemo gaudeat super me viduā et deso
latam: a multis derelicta sum propter pecca
ta filioꝝ meorum quia declinauerunt a lege
dei. Iusticias autē ipsius nescierūt. nec am
bulauerūt per vias mandatorū dei. neq; per
semitas veritatis eius cum iusticia ingressi
sunt. Veniant confines syon. et memorētur
captiuitatem filioꝝ et filiarū mearū: quā su
perduxit illis eternus. Adduxit enim super illos
gentem de longinquo gentem improbā et ab
terius lingue. qui nō sunt reueriti senem. ne
q; puerorū miseri sunt. Et abduxerunt dile
ctos viduę. et a filijs vnicā desolauerūt. Ego
autem quid possum adiuuare vos? Qui enī
adduxit super vos mala: ipse vos eripiet de
manibus inimicoꝝ vestrōꝝ. Ambulate filij
ambulate: ego enī derelicta sum sola. Exui
me stola pacis: indui autē me sacco obsecra
tionis. et clamabo ad altissimum in dieb; me
is. Anime quietes estote filij. clamate ad do
minū et eripiet vos de manu principum ini
micorū. Ego enim speraui in eternū salutem
viam. et venit mihi gaudiū a sancto sup mise
ricordia: que veniet vobis ab eterno saluta
ri nostro. Emisi enim vos cū luctu et ploratu
reducat autem vos mihi dominus cum gau
dio et iocūditate in sempiternū. Sicut enī vi
derunt vicine syon captiuitatem vestrā a do
so sic videbūt et in celeritate salutem vestrā in
deo. q̄ supueniet vobis cū honore magno et
splendore eterno. Filij paciēter sustinete irā
q̄ supueit vobis. Persecutus ē enī te inimi
cus tuus: sed cito videbis pditionem ipsius
et super ceruices ipsius ascendes. Delicati
mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt
enī vt grex direptus ab inimicis. Aie q̄ores

estote filij: et clamate ad dominum. Erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester ut ereraretis a deo: de cetero tantum iterum revertentes requiratis eum. Qui enim induxit vobis mala: ipse rursum adducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Animum quietum esto hierusalem. Exhortatur enim te qui te noiauit. Nocentes peribunt qui te vexauerunt: et qui gratulari suis in tua ruina punientur. Civitates quibus seruerunt filij tui: punientur: et non accipit filios tuos. Sicut enim gaudia sunt in tua ruina et letitia est in casu tuo: sic commistabitur in sua desolatione. Et amputabitur exultatio multitudinis eius et gaudium eius erit in luctum. Ignis enim superueniet ei ab eterno in longitudo diebus: et habitabitur a demonibus in multitudine temporis. Circumspice hierusalem ad orientem: et vide iocunditatem a deo tibi venturam. Ecce enim veniunt filij tui: quos dimissi sunt dispersos veniunt collecti ab oriente usque ad occidentem: in verbo sancti gaudentes in honorem dei.

Exue te hierusalem
 stola luctus et vexationis tue: et indue te decore et honore qui a deo tibi est sempiterna gloria. Circumdabit te deus diploide iusticie: et imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Deus enim ostendet splendorem suum in te omni qui sub celo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum a deo in sempiternum: pax iusticie et honor pietatis. Exurge hierusalem et sta in excelso: et circumspice ad orientem: et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem: in verbo sancti gaudentes dei memoria. Eriunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni. Constituit enim deus humiliare omnem montem excelsum et rupes perbenes: et conualles replere in equalitate terre: ut ambulet israel diligenter in honorem dei. Obumbraverunt autem silve: et omne lignum suavitatis israel mandato dei. Adducet enim deus israel cum iocunditate in lumine maiestatis sue cum misericordia et iusticia que est ex ipso. Incipit exemplum epistole eiusdem quam misit hieremias ad abductos captivos in babiloniam a rege babiloniorum: ut annuntiaret illis secundum quod preceptum est illi a deo.

Propter peccata que peccastis ante deum: abducemini in babiloniam captivi a nabuchodonosor rege babiloniorum. Ingressi itaque in babiloniam eritis ibi annis plurimis et temporibus longis usque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace. Nunc autem videtis in babilonia deos aureos et argenteos et lapideos et ligneos in humeris portari ostentantes metum gentibus. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis

et metuatis: et metus vos capiat in ipsis. Quia itaque turba de retro et ab ante adorantes: dicite in cordibus vestris. Te oportet adorari domine. Angelus autem meus vobiscum est. Ipse autem exquirat animas vestras. Nam ligna ipsorum posita a fabro: ipsa enim inaurata et inargata falsa sunt: et non possunt loqui. Et sicut virgini amanti ornata: ita accepto auro fabri capta sunt. Coronas certe aureas habent super capita sua dii illorum: unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum et argentum: et erogant illud in semet ipsis. Dant autem et ex ipso prostituta et meretrices ornant: et ita cum receperit illud a meretricibus ornant deos suos. Di autem non liberantur ab erugine et tineis. Operis autem illis veste purpurea extergent faciem ipsorum propter pulverem domus qui est plurimus inter eos. Sceptum autem habet ut homo sicut iudex regionis: qui in se peccantem non interficit. Habet etiam in manu gladium et securim: se autem de bello et a latronibus non liberat. Non vobis notum sit: quia non sunt dii. Non ergo reuerimini eos. Sicut enim vas hominis commixtum inutile efficitur: tales sunt et dii illorum. Constitutus illis in domo: oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium. Et sicut alicui qui regem offendit circumseptus sunt ianue aut sicut ad sepulcrum adductum mortuum: ita tantum sacerdotes ostia clausuris et seris ne a latronibus expoliantur. Lucernas accendunt illis: et quidem multas: ex quibus nullam videre possunt. Sunt autem sicut trabes in domo. Corda vero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt: dum comedunt eos et vestimenta ipsorum: et non sentiunt. Nigre sunt facies eorum a fumo: qui in domo sit. Supra corpus eorum et supra caput eorum volant noctue et hirundines et aves etiam similiter et cetera. Unde sciant quod non sunt dii. Ne ergo timueritis eos. Auz etiam quod habet ad specimen: nisi aliquid extenderit eruginem: non fulgebunt. Neque enim dum conflarent sentiebant. Ex omni pretio emptasunt: in quibus spiritus non est in ipsis. Sine pedibus in humeris portantur: ostentantes in nobilitate suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terra: a semet ipsis non consurgunt: neque si quis eum stauerit rectum pro se mensurabit stabit: sicut mortuis humeri illis apponitur. Vestias illorum vendunt sacerdotes ipsorum et abutuntur similiter et mulieres eorum decerpentes neque in firmo neque mendicanti aliquid impetrant: de sacrificijs enim sere et menstruate continentur. Scientes itaque ex his quia non sunt dii: ne timeatis eos. Unde enim vocatur dii: quod mulieres apponunt dijs argenteis et aureis et ligneis: et in domibus eorum sacerdotes sedent habentes tunicas scissas et capita et barbam rasam: quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos sicut i cena mortui. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes: et vestunt uxores suas et filios suos. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo neque si quid boni poterunt retribuere: neque regem constitueri possunt

neq; auferre. Similiter neq; dare diuitias possunt neq; malum retribuere. Si quis illis votum vouerit et non reddiderit neq; hoc requirunt. Dominem a morte non liberant neq; infirmum a potentiore eripiunt. Dominem cecum ad visum non restitunt: de necessitate hominem non liberabunt. Vidue non miserentur. neq; orphanis bene facient. Lapidibus de morte similes sunt dii illorum lignei et lapidei et aurei et argentei. Qui autem colunt ea confundentur. Quomodo ergo estimandum est aut dicendum illos esse deos? Adhuc enim ipsis chaldeis non honorantibus ea: qui cum audierint mutuum non posse loqui: offerunt illud ad bellum: postulat ab eo loqui: quasi possint sentire qui non habent motum. Et ipsi cum intellexerint: relinquunt ea. Sensus enim non habent ipsi dii illorum. Mulieres autem circumdate funibus in vijs sedent: succedentes ossa oliuarum. Cum autem aliqua ex ipsis abstracta ab aliquo trahente dormierit cum eo: prore sue exprobrat quod ea non sit digna habita sicut ipsa neq; funis eius diruptus sit. Omnia autem que illis sunt falsa sunt. Quomodo estimandum est aut dicendum est illos esse deos? A fabricis autem et ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt nisi id quod volunt esse sacerdotes. Aurifices etiam ipsi que ea faciunt non sunt multi temporis. Numquam ergo possunt ea que fabricata sunt ab ipsis esse dii? Relinquent autem falsa et opprobriosa postea futuris. Nam cum superuenerit illis prelium et mala: cogitant sacerdotes ubi se abscondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeant quam dii sunt que nec de bello se liberant: neq; de malis se eripiunt? Nam cum sint lignea et inaurata et inargentata sciet postea que falsa sunt ab vniuersis gentibus et regibus que manifesta sunt: que non sunt dii sed opera manuum hominum et nullum opus dei cum illis. Unde ergo notum est que non sunt dii: sed opera manuum hominum: et nullus dei opus in ipsis est. Regem regioni non succitabit: neq; pluuia hominibus dabit. Iudicium quoque non discernet: neq; regiones liberabunt ab iniuria: que nichil possunt sicut cornicula inter medium celi et terre. Etiam cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum et argenteorum et aureorum: sacerdotes que de ipsorum fugient et liberabuntur: ipsi vero sicut trabes in medio comburentur. Regi autem et bello non resistent. Quomodo ergo estimandum est aut recipiendum que dii sunt? Non a furibus neq; a latronibus se liberabunt dii lignei et lapidei et inaurati et inargentati: quibus iniuri qui fortiores sunt. Aurum et argentum et vestimentum quo operiti sunt auferent illis et abibunt nec sibi auxilium ferent. Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam: aut vas in domo vtile in quo gloriatur que possidet illud vel ostium in domo que custodit que in pace sunt que falsi dii. Sol quidem et luna ac sidera cum sint splendida et emissa ad utilitates obadiunt: similiter et fulgur cum apparuerit perspicuum est. Id ipsum autem et spiritus in omni regione spirat: et nubes quibus cum imperatum fuerit a

deo perambulare in vniuersum orbem: perficiunt que imperatum est eis. Ignis etiam missus desuper ut consumat montes et siluas facit que preceptum est ei. Nec autem neque spiritibus neque virtutibus vni eorum similia sunt. Vni neque estimandum est neque dicendum illos esse deos: quando non possunt neque iudicium iudicare neque facere hominibus. Scietes itaque que non sunt dii ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicet neque benedicet. Signa enim in celi gentibus non ostendunt: neque ut sol lucebunt: neque illuminabunt ut luna. Bestie meliores sunt illis: que possunt fugere sub tectum: ac prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum que sunt dii propter que ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit ita sunt dii illorum lignei et argentei et inaurati. Eodem modo et in orto spina alba: supra quam omnis avis sedet. Similiter et mortuo proiecto in tenebris: similes sunt dii illorum lignei et inaurati et in argentati. A purpura quoque et murice que supra illos teneant: scietis itaque que non sunt dii. Ipsi etiam postremo comedunt et erit opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulacra: nam erit longe ab opprobriis.

Explicit liber Baruch.

Faint, illegible text in the upper left quadrant of the page.

Epistola...

Main body of faint, illegible text on the right side of the page.